

IN LIBRUM SEPTIMUM

EPI TOMA.

V Eneta classis ingentem vim navium in Syracusano portu cumbussit: Jacobus Picininus & Sigismundus Malatesta aliquid commeatus Mediolanum intulere: Mediolanenses, Veneto legato cæso, Sforciam Principem declaravere: Fœdericus Imperator & Leonora conjunx Venetiis quam honorificentissime sunt hospitio accepti: Alphonsus Rex Florentinos ingenti bello petiit: Veneti ductores intra Otholengum & Insulellam fœliciter in Sforcianos dimicarunt: Inde non uno loco vario est eventu pugnatum: Renatus Rex pro Sforcia & Florentinis in Italiam adversus Venetos transiit: Stephanus Porcius capitali supplicio est Romæ affectus: Constantinopolis a Turcis expugnata ingentem Christiano nomini terrorem incussit: Duplex in Turcos classis instructa est: Pax cum Sforcia & Florentinis publicata: Fœdissima ventorum procella urbem subito strepitu & omnia circumjecta loca perculit: Multa ab Turcis in Græcia & Asia gesta ultimo loco referuntur.